

Aduertencias para

Siimus Cardinalis Garrafa nomine congregatiōnis Cardinalium, ita rescripsit ad Dominum Christophoram Vela Archiepiscopum Burgensem. Quia lex generalis etiam posterior non tollit ius speciale, ut dictum est: & quia Bulla Cœnæ solum auferit priuilegia, sed Episcopus non ex priuilegio sed ex potestate iuris communis etiam antiqui, id habet sublata reservatione: sed ea absolutio non prodest pro foro exteriori, ut dictum est. Et ultimo confirmatur ex Bulla Cœnæ quam promulgauit Sixtus. 5. vbi dicit. Nisi ij casus in illis litteris expressè comprehendantur. &c. Concilium enim Trident. restituit Episcopis sublatam Olim iurisdictionem, quam habebant iure communī aut diuino, sed sub ordinatam, & restringibilem à Papa, quare hæc potestas & iurisdictionio non abrogatur per processum Cœnæ Domini. Vnde si reus in casum Cœnæ occultum incidisset, & cum longe distet Egrotus, aut Monialis inclusa non posset Episcopum adire: posset Episcopus causa & qualitate personæ cognita absentem solvere ab excommunicatione, seu reservatione: aut pleniorum causæ cognitionem com-